

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

1599.

Nix densissima et copiosissima mense Ian. circa 6. et aliquot sequentibus diebus cecidit, quae itinerantibus tam per pedes quam per equos et currus incommode et impedimento fuit; hanc brevi maximum et acerrimum frigus per totum hunc mensem et etiam sequentem secutum est.

Witterung.

Hoc anno quidam ex senatu *Styrensi*, scilicet N. *Aiden*, *Abr. Handl* consul, *Joh. Reisco* iudex, N. *Mandsperger*, *Jer. Hirsch*, *Joh. Stauder* et *Isaac Walsböch* a D. capitaneo provinciae N. *Löbl Linzium* vocati sunt: quibus nomine Caesareae Majestatis serio fuit iniunctum, quatenus provideant, ne cives in rebus religionis ullam perturbationem excitent, denunciata illis mulcta pecuniaria 6000 fl., si quid excessum fuerit. Hoc oretenus, stipulataque manu coram compromisere. Unde rursus domum dimissi sunt. An vero hoc suum compromissum re ipsa praestiterint, consequentia edocuere.

Katholische
Refor-
mation in
Steyr.

Dominica Quinquagesima sub Rmo. D. abbate *Martino* maximae autoritatis viris praesentibus, scilicet suffraganeo Passaviensi, *Andrea Hoffmanno*, s. theol. doctore etc., generoso D. N. *Löbl*, capitaneo provinciae, D. *Sev. Haedereo*, s. theol. quoque doctore et parochio Waidhofensi, aliisque quam plurimis, postea quam a D. suffraganeo templum parochiale consuetis ceremoniis, eo quod multis annis illud ab haereticis occupatum et prophanatum fuerat, iam expiatum esset; eodem in templo parochiali pro parochio praesentibus senatoribus R. admodum atque doctissimus D. N. *Oberschwender*, s. theol. doctor, investitus est. Senatoribus serio iniunctum et demandatum est, quatenus advigilent provideantque, nequid turbarum a populo sive in praesenti sive in futuro excitetur. D. parochus Waidhofensis eodem die primam in hoc templo post exclusos haereticos catholicam concionem habuit, habito eo die celebri convivio et consilio in *Garsten*, altero die quisque ad sua rediit.

Senatus de hac comminatione et invectione non multum sollicitus fuit. Imo sub ipsa concione lapis a quopiam, author tamen indagari non potuit, in ipsum templum magno cum impetu ante ipsum D. capitaneum proiectus est. Ipsi autem diebus Bacchanalibus, dum novus parochus in eodem templo missam celebraret, quidam nequam homines larvati ad ipsum altare accessere, tesseras cum involuta pecunia ante sacerdotem celebrantem proiecere et, ut unam sibi „Murschanz“ dictam apponeret, petiere, qualem illi ipsi obtulere. Commovit haec tanta insolentia et impietas novum parochum adeo vehementer, ut statim de habitu hinc rursus cogitarit, neque amplius hic celebrare voluit. Quam ob causam templum iterum ad aliquod tempus conclusum fuit. Rmus. vero tantam